



A 2579

V

CHRISTUS
CRUCIFIXUS

Celebratus

per

CHRISTIANUM GUBINZIUM
Gymnasii Hallensis
Rectorum.

*Excudebat Hallis Saxonum PETRUS
FABER Typographus.*

1 6 3 7.

Bernardus :

**Memoria crucifixi, crucifigat in nobis omne
vicium!**

2011

In dodecadeltore religiosè sancitum ut honoratorum laudes prædicentur. Quod ipsum quis ignorat etiam sanctè obser-vatum apud plerosq; Praesens tempus inter Christianos idem fieri, dum Soteria Christi recoluntur, contestatur: nec sine ratione; Quia memoria acceptorum beneficiorum aeternanda est: & quia Pharus imitationis perpetuum observanda. Hoc igitur pium, hoc aquum continuat devota Christianorum societas, perpetuat sancta Ecclesia: cuius cum partes simus, aut numerus ad minimum, aquum erit idem agere & Christi recordari. Christiana certè Ecclesia ab aliquot retro seculis integrum hebdomadam, quem magna dicitur, sacravit huic labori. Hinc fervet adhuc pietatis apudpios studium, quod bisce diebus pæteritis horis continuatum, usq; dum ad crucem Christi pervenit.

Ab Christiana pectora! devota animæ! attollite capita vestra & contemplamini nobiscum JESUM, JESUM pendente in cruce, illum qui in cruce dominatur. Utiverò auditam minus movent, ita illa, que in oculos incurvunt, immo quæ in animos afficiunt. Ergo

A 2

animæ

missimae vos jam in excelso montis Calvariae vertice
versari cogitate, sub pendentis umbras vos habere esti-
mate. Et dum hic oculis animarum vestiarum com-
pletimini Dominum regnante in ligio, nudatum &
spoliatum suis vestibus, frigori expositum, totum totū
sanguinante. Quod tamen non sui, sed nostric causā. Nos in
ligno maligno peccavimus, ille in ligno maligno expiat.
O anima nos peccavimus, & ille luit! O pectora, nos vul-
neravimus, & vulnerati sumus, & ille vulneribus suis
sanat. Et quidem, O mirum! expansis manibus, laxatis
membris, demissō capite, lancea diritate in latere fini-
stro perfoſsus, Sacra menta initiat, & confirmat.

Ecce occidimus & crucifigimus ipſi Christum, &
ipſe tamen nobis mera misericordia: arum flumina fun-
dit: inclinat caput ad osculandum, extendit brachia,
ad amplexandum, aperit latus ad salvandum. O mi-
sericordiam! O clementiam! Non moveris O homo? Non
dum pateris? Si non, miracula, quæ pendente Christo
in cruce, monent nos, ut moveamur. Scisse & fuisse sunt
petrae, nuntrigent pectora nostra adamante? Sepul-
chram mortuorum patefacta; & nos vivi, non sentie-
mus? O mortem, O mortem mortalium, ultriciibus flam-
mis vindicandam: Sol deficit & tristatur, & nos non
tristabimur? Felille gustavit, & acetum; & nos deli-
ciis affluemus? O Christiani Christum vestrum con-
templamini! Christum vestrum arbitramini, si Chri-
stiani

stiani esse desideratis. Et veltandem cogitate, vestibus
non esse superbiendum, quia Christum nudum habetis:
tegumenta sunt iniquitatis nostrae, stultitiae illustria,
documenta. Misericordiam divinam imis reponite
pectoribus, & benefacite, vobis etiam maleficienti-
bus. Imò vel sola illa misericordia trahat Vos addi-
na & Christiana opera. Et si non percellunt vos vo-
ces & monumenta sacra; tamen portenta tanta &
talia tangant eorum pectora, que Spiritus Sanctus sibi
mancipavit. Quintanta sunt beneficia Passionis, ut
nullius mens asequi, nullius linguae effari valeat. Gra-
ti ergò sumus meritumq; Christi verâ & vivâ fide appre-
hendamus, & pietatem constanter perseveremus; pa-
tiamur q; hic cum Christo, ut dominemur in aeternum
cum ipso. De quo uberioris hodie different,

G A N G O L P H U S Müller | Haslöbienfis - Thu-
ringus in Ligata.

A N D R E A S Mögel | Hoierschouverdā - Lusa-
tus in Prosā.

C A S P A R U S Freyer | Hallensis - Saxo in.
Ligata.

Interim nos nostris ad Cor Christi cordibus cum Bern-
hardo, ita suspiramus cuius meditationes pabulum
Angelicum, rivum paradisi medullam pietatis vocat
Heinsius Orat: 3. Summi

Summi Regis cor avero,
Te saluto corde lato,
Te complesti me delectat,
Et hoc meum cor affectat
Ut ad te loquar animes.

Quo amore vincebaris,
Quo dolore torquebaris,
Cum te totum exaurires,
Ut de nobis impartires,
Et nos a morte tolleres?

O mors illa quam amara,
Quam immittis, quam avara,
Quae per cellam introivit,
In quam mundi vita vivit,
Te mordens cord dulcissimum.

Propter mortem quam tulisti,
Quando pro me defecisti,
Cordis mei cor dilectum,
In te meum fer affectum,
Hoc est quod opto plurimum.

O cor dulce prædictum,
Munda cor meum illecatum,
Et in vanis induratum,
Pium fac & timoratum,
Repulso retrò frigore.

Per

Per medullam cordis mei,
Peccatoris atque rei
Tuus amor transferatur,
Quo cor totum rapiatur,
Languens amoris vulnere.

Dilatare, aperire,
Tanquam rosa fragrans mirè,
Cordi meo te conjunge,
Unde illud & compunge,
Qui amat te, quid patitur?

Quidnam agat nescit verè,
Nec se valet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multæ morte vellet mori,
Amore quisquis vincitur.

Viva cordis voce clamo,
Dulce cor, te namque amo:
Ad cor meum inclinare,
Ut se possit applicare
Devoto tibi pectore.

Tuo vivat in amore,
Ned dormiret in torpore,
Ad te oret, ad te ploret,
Teadoret, te honoret,
Tefruens omni tempore;

Rosa

Rosa cordis aperire,
Cujus odor fragrat mirè,
Te dignare dilatare,
Faccor meum anhelare
Flamma desiderii.

Dacor cordi sociari,
Tecum JESU vulnerari,
Nam cor cordi similatur
Si cor meum perforatur,
Sagittis improprieti.

Inser tuum intra sinum.
Cor ut tibi sit vicinum,
In dolore gaudioso,
Cum deformi specioso
Quod vix seipsum capiat.

Hic repauset, hic moretur,
Ecce jam post te mōvetur,
Te ardenter vult sitire,
JESU noli contra ire,
Ut bendē de te sentiat.

De Exercitiis censura.

1.

Quod molit æternæ molis molitrina maligno
In ligno, Christi crux molitrina molit.
Ceu MOLEERUS ait. MOLLERUS inusque mobile
Hoc agat, Ambrosiam, Crux molitrina parat.

2.

Omnis vita, Salus, medicina, potentia Christi
Passio, cœlestis, visque aditusque domus.
MOGELIUS monstrat. Tibi rursum Passio Christi
MOGELI, cœli ym^g aditumque dabit

3.

Ex Cruce Tartaræ crux Christi libertat omnes,
Ad lucem per eam dum patefacta via est.
Hoc FREYERUS habet. Cupis & cruce liber ab omni
Esse! Vide! Christi sub cruce liber eris.

Gueiazii.

F I N I S.


Cl 1926



Paul Friedrich
Buchbindermeister
Merseburg a. S.

VDT





8								
7								
6								
5								
4								
3								
2								
1								
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8
Inches	3	4	5	6	7	8	9	10

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

Magenta

Yellow

Red

Green

Cyan

Blue

Purple

A 259

tus

FIXUS

GUBINZIUM
allenfis

num PETRUS
raphus.

?

7°